



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Historia Provinciæ Paraquariæ Societatis Jesv**

**Techo, Nicolas**

**Leodii, MDCLXXIII.**

Cap. 4. De variis rebus per Chilenum regnum gestis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38528**

juris Indiarum non satis callens, ex Patronatus Regii in Indiis Occidentalibus jure contortè explicato, litis occasione arreptâ, pacem perturbavit. Ex qua lite ortis inter eum & Prætorem Regium Societatemque controvercis, partito zelo illum anathemate ferit, & nos scholis in Assumptionis urbe spoliatos scripto dicto que, & missis ad Regem Catholicum inanibus querelis, adeò graviter offendit, ut Collegii Rector veritus, ne tantæ dignitatis authoritas officeret animarum saluti, ex Instituto nostri rationibus procurandæ, coactus sit litem ad Senatum Régium deferre: quo post variis successus tandem factum, ut legitimo judge machinæ in Societatem ab Episcopo contortæ in authorem suum verterent: qui deinde palinodiam canens, alteris litteris querelas in nos ad Regem missas expunxit, & magnâ Nicolai Mastrilli Provincialis curâ, redintegratâ amicitia, procuravit absens scholas in Assumptionis urbe nobis restitu.

**I**N Chileno regno Rex Catholicus pergebat alere Socios, apud Chiloënses & Araucanos in vinea Domini egregiè laborantes. Ex qua Regis liberalitate occasione sumptâ, nonnulli Religiosi conati sunt res nostras invertire, spondentes se, Barbatis Araucanis & Hispanis militibus per Sacra menta curandis, Sacerdotes ex suo Ordine sine pecunia Regia alituros, si Societas inde abiret. Prætor censuram apud Regem veritus, nō ærarii publici rationibus intenderet, approbato eorum consilio, non diu distylit, quin pecunias ab Rege imperatas Societati solvi prohiberet. Quæ res ubi per Regium exercitum & Præsidia militum Indorumque pagos divulgata est, nemine dissentiente negarunt omnes, alio lacte, quam quod hactenus suxerant, nutriti velle: assuevisse se Societatis moribus, proinde si ad eam alendam pecunia Regiae subtraherentur, cum eâ se potius stipendia sua partituros, quam utilissimis magistris privari se finerent. Denique eò res devoluta est, ut Prætor, damnata præcipiti deliberatione, negatam stipem iterum ex ærario dati juberet, ne exercitus Regii & Indorum offensionem incurreret. Deinde Prætor, privato in Societatem affectu, Collegio Conceptionis, cui subsunt Araucani, Bonæ Spei & Chiloënses Socii, amplissimos campos, cum boum equarumque armentis, attribuit, ut viri Apostolici, positâ terum ad sustentandam vitam curâ, totos se animarum lucis impenderent. Et reverà id præstabant, Joanne Romero Rector, tum in Conceptionis urbe, tum terrâ mariquæ excurrentes Socii, ex Indorum pagis & insulis, necnon Hispanorum militum limitaneis præsidiis, Baptismi & aliorum Sacramentorum collatione, ingenti fructu relato. Sub id tempus è maritima Chiloënsium Insularum expeditione, ubi quatuordecim annos perdurarat, Melchior Vanegas revocatus est. De quo (quia ob futuram terum novationem non alias mihi dicens occurrit) hæc pauca accipe.

**M**ELCHIOR EM Vanegam, unusq; è Provinciæ nostra fundatoribus, & archipelagi Chiloënsis clarum diuturnumque fidus, Chilensis regni metropolis ipso Virginis sine macula conceptæ die, anno præteriti sœculi septagesimo-secundo, novo orbi auspicato edidit. Is utrumque parentem è Toletorum Granatensis urbis stirpe quarto consanguinitatis gradu le artingentes habuit. Mater ejus insigni pietate matrona fuit. Pater verò militari præfectorum insignitus, ita virtutem coluit inter arma, ut apud omnes sanctitatis famâ collectâ, in Societatem nostram paulò ante mortem adfiscí meruerit. Nec Melchior noster acceptam à progenitoribus nobilitatem & domestica virtutum exempla per socordiam obscurari passus est: quippe eâ virtute primam pueritiam, mox deinceps adolescentiam exercuisse traditur, ut antiquis Anachoretis eâ ætatulâ vulgo compararetur. In horto paterno casam sibi fabricari impetrârat, ubi fræna pietati, Eremitatum ad instar, laxaret. Humi cubare, crebrâ flagellatione corpusculum castigare, inediâ vires macerare, multum orare, puellarem sexum taprum non odire, dicacitatis & cupideiarum hostem ex professo se præbere, prima fuere virtutum ejus incunabula. Solebant perfictæ frontis adolescentes in aprico loco extra urbem lascivire: in quos, deficientibus aliis remedii, Melchior Vanegas, initâ ad pium bellum cum

## CAPUT

IV.  
De variis  
rebus per  
Chilensem  
regnum  
genita.

Barbari &  
milites So-  
cietatem  
affimant.

## CAPUT

V.  
De vita &  
moribus  
Melchioris  
Vanegæ.

Eius patria.  
Parentes.

Educatio.

Pietatis op-  
era.